e-codices

inuerbiſ tuiſ· Ideſt quō mihi hoc ipſe
promiſiſti· Et ne auferaſ ex ore meo
uerbum ueritatiſ uſq; ualde· Quō
in iudiciiſ tuiſ ſuperſperaui· Ideſt
quō iudicia tua quibuſ me corripiſ
et flagellaſ· non ſolum mihi auferunt
ſpem ueram· *ſed* Augent etiā· quoquē dīt
dnſ. corripit· flagellat aū omnem
filium quem recipit· Ecce enim ſci
et humileſ corde de te preſumendo·
in perſecutionibuſ non defecerunt·
Ecce etiam qui de ſe preſumendo·
defecerunt· et tamen ad ipſū corpꝰ
pertinuerunt· ſibi innoteſcendo·
fleuerunt· et tuam gratiā ſolidi
uſ inuenerunt· quia ſuā ſuperbiā
perdiderunt· Ergo ne auferaſ ex
ore meo uerbum ueritatiſ uſque
ualde· quia in iudiciiſ tuiſ ſuper
ſperaui· et cuſtodiā legem tuā
ſemper· Ideſt ſi non abſtuleriſ
ex ore meo uerbū ueritatiſ. Cuſto
diam legem tuā ſemper· in ſeclm
et in ſeculū ſeculi· Oſtendit quid
dixerit ſemper· Aliquando enim
ſemper intellegitur· quamdiu
hic uiuitur· Sed hoc non eſt in ſe
culū et in ſclm ſcli· Melius quippe
ita interpretatū ē· quam ſicut
quidā codiceſ habent· In aeternū
et in ſclm ſcli· quia non potuerunt
dicere· et in aeternū aeterni· Lex
itaque iſta intellegenda eſt·
de qua dicit apoſtoluſ· Plenitudo
legiſ caritaſ· Haec enim a ſciſ·
quorum ex ore non aufertur
uerbum ueritatiſ· Hoc eſt ab ip
ſa xpi aecta cuſtodietur· Non ſo
lum in hoc ſclo· ideſt donec finia
tur hoc ſeculum· ſed etiā in alterū
quod appellatur in ſeculū ſeculi·
Neq; enim precepta legiſ· ſicut hic·
etiam ibi accepturi ſumuſ· quae
cuſtodiamuſ· Sed ipſam legiſ
ut dixi plenitudinē· ſine ullo pec
candi timore ſeruabimuſ· Quia
et dm̄ pleniuſ cum uiderimuſ ama
bimuſ et proximum· quia dſ erat
omā in omnibuſ· Nec ſcdl ſectii
quā de proximo ſuſpitioni erit
locuſ· ubi nulluſ nulli erit occultuſ·

EXPL SERMO XIII·

INCIP XIIII· DE EO QUOD SEQUIT·
INGREDIEBAR IN LATITUDINE·
USQ: AD EXERCEBAR IN TUIS
IUSTIFICATIONIBUS·

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 166, p. p.%20345 – Fifth volume of a six-volume commentary on the Psalms by St. Augustine (http://www.e-codices.ch/en/csg/0166/p.%20345)